Quelle: https://manuscripta.at/?ID=32474
Copyright: Schlierbach, Zisterzienserkloster



melior ad omnia videbatur in physonomya et in tro
gaui cur se renegassent. Dixerunt quod speraſſent
quod dominus eorum consequi debuit diuicias quod eis fe
fellit et cum multis gemitibus dixerunt quod si possunt
libenter latenter terram exirent. Nam vilissima
duxerunt vita et qui ante fuissent fateri non sunt
ausi. Hii tres fuerunt familiares cuiusdam militis
de partibus istis nomine wilhelmus wozenzole qui
ante tempus mecum stetit in partibus vltra marinis
et ibidem a soldano et regibus et aliis principibus
fuit mirifice honoratus et ut audiui dicere in
colonia clausit exemplum. Karioch abbas De ebron
procedit et in vno die peruenit in bethelem co
mode in quo itinere quondam stetit claustrum ka
rioch albatis cuius dum tempus resolucionis instaret
et monachi eum agonizantem viderunt dixe
runt post albatem nostrum karioch adhuc super terra
viuemus et ex ipso verbo omnes agonizare ceperunt
et mortui ~~pr~~ permanserunt et post longa tempora semper
quasi agonizantes stantes incorrupti permanserunt
nec sarraceni licet sepius attemptauerunt eos
destruere et corrumpere non potuerunt sed claustrum
est desertum et nil ex ipsis apparet. Bethleem